

GABRIELIS BIEL

Collectorium circa
quattuor
libros Sententiarum

Liber secundus

AUSPICIIS
HANNS RÜCKERT †

ediderunt

WILFRIDUS WERBECK
et
UDO HOFMANN



J. C. B. MOHR (PAUL SIEBECK) TÜBINGEN

GABRIELIS BIEL

Collectorium circa quattuor libros
Sententiarum

AUSPICIIS

HANNS RÜCKERT †

collaborantibus Martino Elze, Volker Sievers et Renata Steiger

ediderunt

WILFRIDUS WERBECK

et

UDO HOFMANN



1984

J.C.B. MOHR (PAUL SIEBECK) TÜBINGEN

GABRIELIS BIEL

Collectorium circa quattuor libros Sententiarum

Liber secundus

Collaborantibus Volker Sievers et Renata Steiger

ediderunt

WILFRIDUS WERBECK

et

UDO HOFMANN



1984

J.C.B. MOHR (PAUL SIEBECK) TÜBINGEN

CIP-Kurztitelaufnahme der Deutschen Bibliothek

Biel, Gabriel:

[Collectorium circa quattuor libros sententiarum]

Gabrielis Biel collectorium circa quattuor

libros sententiarum / auspicis Hanns Rückert,
collab. Martino Elze . . . ed. Wilfridus Werbeck
et Udo Hofmann. – Tübingen : Mohr

(Einheitssach.: Collectorium super quattuor
libros sententiarum

NE: Werbeck, Wilfrid [Hrsg.]

Werbeck, Wilfridus; Gabriel (Biel)

2. Liber secundus / collab. Volker Sievers et
Renata Steiger ed. Wilfridus Werbeck et Udo
Hofmann. – 1984.

ISBN 3-16-144721-2

eISBN 978-3-16-162988-4 unveränderte eBook-Ausgabe 2024

Gedruckt mit Unterstützung der Deutschen Forschungsgemeinschaft

© J. C. B. Mohr (Paul Siebeck) Tübingen 1984. Alle Rechte vorbehalten. Ohne ausdrückliche Genehmigung des Verlags ist es auch nicht gestattet, das Buch oder Teile daraus auf photomechanischem Wege (Photokopie, Mikrokopie) zu vervielfältigen. Printed in Germany. Satz und Druck: Laupp & Göbel, Tübingen 3 (Kilchberg). Einband: Großbuchbinderei Heinr. Koch, Tübingen

INDEX CONTENTORUM

Introductio	XI
Sigla editionum et codicum manuscriptorum, quae in apparatu I adhibuimus . . .	XVI
Liber II	1
Praefatio	3
Conspectus materiae libri secundi	3
Distinctio 1	4
Q. 1: Utrum creatio actio, qua Deus denominatur formaliter creans, differat a creatore ex natura rei; vel: Utrum creatio passio distinguitur a creatura	4
Q. 2: Utrum Deus sit prima et immediata causa omnium effectuum	18
Q. 3: Utrum Deus potuit mundum creasse ab aeterno	33
Q. 4: Utrum creare repugnet creaturae	55
Q. 5: Utrum Deus sit causa finalis omnium	61
Q. 6: Utrum angelus et anima intellectiva distinguantur specie	80
Distinctio 2	85
Q. 1: Utrum tempus sit mensura angelorum	85
Q. 2: Utrum angelus sit in loco per suam substantiam	101
Q. 3: Utrum angelus possit moveri localiter	109
Distinctio 3	114
Q. 1: Utrum omnes angeli inter se personaliter discreti essentiali specie sint distincti	114
Q. 2: Utrum angelus intelligat se et alia per essentiam suam vel per species a rebus acceptas vel a Deo infusas	119
Distinctio 4	159
Q. un.: Utrum angeli boni et mali in sua creatione fuerint donis gloriae, gratiae et naturae perfecti	159
Distinctio 5	172
Q. un.: Utrum angelus meruit suam beatitudinem in instanti creationis aut in mora temporis posterioris	172
Distinctio 6	181
Q. un.: Utrum primum peccatum primi angeli pertinens ad speciem superbiae fuerit simpliciter irremediabile	181

Distinctio 7	200
Q. un.: Utrum obstinatio diaboli in malo stare possit cum libero eius arbitrio .	200
Distinctio 8	214
Q. 1: Utrum angelii naturaliter incorporei possint assumere corpora et in eis exercere opera vitae	214
Q. 2: Utrum daemones humana corpora possidentes illabuntur animabus et suis praestigiis illudant humanis sensibus	226
Distinctio 9	242
Q. 1: Utrum novem angelorum ordines in hierarchia triplici secundum dona gratuita et officia sunt distincti	242
Q. 2: Utrum per actus hierarchicos superiorum ordinum angelii possunt inferiores illuminando mentaliter eis loqui	257
Distinctio 10	278
Q. un.: Utrum omnes spiritus intellectuales a solo Deo mittantur ad homines viatores	278
Distinctio 11	284
Q. un.: Utrum cuilibet homini deputatur angelus bonus a nativitatis suae principio usque ad praesentis vitae terminum eius custodiae assignatus	284
Distinctio 12	297
Q. 1: Utrum materia prima sit aliqua entitas positiva a forma distincta	297
Q. 2: Utrum caelum habeat materiam eiusdem rationis cum materia illorum inferiorum elementorum et mixtorum	308
Distinctio 13	319
Q. un.: Utrum lux a nocte primam distinguens diem causat lumen tamquam distinctam a se qualitatem	319
Distinctio 14	328
Q. un.: Utrum aquae superiores per firmamentum ab inferioribus divisae die secunda sint de caelesti vel elementari natura	328
Distinctio 15	345
Q. un.: Utrum elementa, ex quibus constant animantium corpora realiter, manent in eis substantialiter	345

Distinctio 16	356
Q. un.: Utrum, sicut anima intellectiva, sensitiva et vegetativa in eodem homine, ita eiusdem animae potentiae inter se et ab anima sunt distinctae	356
Distinctio 17	388
Q. 1: Utrum anima rationalis sit ex traduce et educta de potentia materiae.	388
Q. 2: Utrum paradisus sit corporalis voluptatis locus a Deo a principio plantatus	401
Distinctio 18	408
Q. un.: Utrum in costa Adae fuerat ratio seminalis, per quam de ea produc-tum sit corpus mulieris.	408
Distinctio 19	417
Q. un.: Utrum homo pro statu innocentiae habuit corpus immortale	417
Distinctio 20	425
Q. un.: Utrum tantummodo electi fuissent in statu innocentiae geniti et hi statim post generationem in gratia confirmati	425
Distinctio 21	435
Q. un.: Utrum omne peccatum hominis oritur ex tentatione daemonis	435
Distinctio 22	443
Q. 1: Utrum peccatum per protoplastum Adam commissum non tantum peccato Evae, sed omnium sit gravissimum	443
Q. 2: Utrum peccatum Adae fuit per ignorantiam excusabile	452
Distinctio 23	463
Q. un.: Utrum Deus facere posset voluntatem rationalis creatureae per natu-ram impeccabilem	463
Distinctio 24	471
Q. un.: Utrum portio animae superior et portio inferior sint potentiae aliquo modo ab invicem distinctae	471
Distinctio 25	480
Q. un.: Utrum liberum arbitrium sit aliquid a ratione et voluntate distinctum	480
Distinctio 26	496
Q. un.: Utrum operans et cooperans gratia distinguantur realiter a caritate infusa	496

Distinctio 27	508
Q. un.: Utrum anima per actum elicitum a voluntate et gratia, qua informatur, praemium aeternum de condigno mereatur	508
Distinctio 28	527
Q. un.: Utrum hominis liberum arbitrium possit sine gratia actum bonum moraliter elicere, peccata mortalia cavere et divina paecepta adimplere	527
Distinctio 29	546
Q. un.: Utrum homo in statu naturae integrae gratiam habuit, qua aequa efficaciter sicut post lapsum mereri potuit	546
Distinctio 30	555
Q. 1: Utrum iustitia originalis in primo parente fuit donum supernaturale .	555
Q. 2: Utrum peccatum originale sit aliquid positivum in anima vel in carne.	562
Distinctio 31	577
Q. un.: Utrum peccatum originale in anima proli lege propagationis genitae contrahatur ab anima vel a carne	577
Distinctio 32	580
Q. un.: Utrum per sacramentum baptismatis tollatur reatus culpae originalis	580
Distinctio 33	585
Q. un.: Utrum, sicut in prolem non transeunt proximorum parentum peccata, ita transfusi peccati poena in prole sit levissima	585
Distinctio 34	597
Q. un.: Utrum malum, quod non est ab aliquo efficiente, sit a bono sicut a causa deficiente	597
Distinctio 35	607
Q. un.: Utrum peccatum ab Augustino et Ambrosio definitum sufficienter sit entitas positiva vel tantum privatio boni formaliter	607
Distinctio 36	621
Q. un.: Utrum omne peccatum et omnis culpa sit alicuius peccati poena	621
Distinctio 37	632
Q. un.: Utrum Deus sit causa efficiens immediata actualis culpae quantum ad actum importatum per peccatum substrative	632

Index contentorum	IX
Distinctio 38	648
Q. un.: Utrum voluntatis, finis et intentionis sit distinctio realis aut tantum rationis.	648
Distinctio 39	655
Q. un.: Utrum synderesis, quae rationis scintilla dicitur, et conscientia sint in intellectu aut affectiva potentia	655
Distinctio 40	667
Q. un.: Utrum ex sola intentione finis attendatur bonitas operis	667
Distinctio 41	673
Q. un.: Utrum inter humanos actus aliquis indifferens sit dicendus	673
Distinctio 42	693
Q. un.: Utrum actus exterior, qui a voluntate imperatur, habet bonitatem vel malitiam propriam, propter quam magis quam solus interior voluntati imputatur	694
Distinctio 43	703
Q. un.: Utrum omne peccatum ex malitia commissum sit peccatum in Spiritum Sanctum	703
Distinctio 44	711
Q. un.: Utrum peccandi potentia sit a Deo creaturae rationali concessa	711

INTRODUCTIO*

I. DE TEXTU LIBRI II COLLECTORII

1. De manuscriptis Gissensi et Treverensi librum II continentibus

De illis, quae contineantur manuscripto 734, quod asservatur in bibliotheca Universitatis Gissensis, in introductione voluminis III huius editionis pag. XI–XIII accurate disseruimus.

Exstat praeterea in bibliotheca publica civitatis Treverensis (Stadtbibliothek Trier) manuscriptum, quo textus libri II Collectorii continetur:

Treveri (Trier), StB, ms. 943/914 4° (saec. XV; anno 1802 allatum ex monasterio Sancti Germani¹)). Siglum in nostra editione usitatum: Tr.

Quo manuscripto haec continentur:

1. fol. 1ra–10vb: Tabula in librum II Collectorii.

Inc. (fol. 1ra): Profundissimi sacrae theologiae licentiatu M. Ga. Bihel tabula sequentis ab eodem editi circa secundum Sententiarum operis incipit feliciter.

Expl. (fol. 10vb): Solvuntur rationes s. Bonaventurae contra conclusionem primam e.f. Finis.

2. fol. 11ra–12vb: Reductio praescriptae tabulae ad alphabeticum ordinem.

3. fol. 13ra–167vb: [Gabrielis Biel] Epitome in secundum IV Sententiarum.

Inc. (fol. 13ra): Abbreviaturus dogmata clarissimi doctoris Guilhelmi Occam circa tres ultimos Sententiarum libros...

Expl. (fol. 167vb): Immo si idea dicit aliquod exemplar, ad quod agens per intellectum respiens producit ideatum, idea non est aliquid realiter in Deo, sed (*post hoc verbum [d. 44 G 33]* Tr finitur; *fol. 168 excissum est, ut relicto manifestatur*).

Involucrum voluminis e porci corio compresso constat, quo et opercula duo lignea conteguntur. In fronte voluminis figuris depicta ornamenta sunt foliorum in modum formata; uniuscuiusque folii in medio lilii figura est impressa, quae et in marginibus involuci saepe occurrit. Clauditur volumen commissuris duabus aeneis colore auri-chalci.

Tegumenti magnitudo: 33,2 × 23 cm.

Folia sunt chartacea; spatium litteris completum 26,5 × 15,5 cm, duabus columnis scriptum 44–49 lineas completentibus. Rubra interdum caeruleaque inveniuntur, in primordio manuscripti et litterae initiales rubro caeruleove colore pictae; hae quidem figuris completae non sunt. Textus ipse ab una manu scriptus est.

Marginalium eadem occurrunt genera, quae et in manuscripto G inveniuntur²). Omnia paene una atramenti specie scripta videntur. Alia atramenta praesertim in columnarum titulis, in correcturis marginalibusque occurrunt.

* Versionem huius introductionis Latinam denuo Dri. Albrechto Locher, Tubingae, debemus, cui maximas gratias agimus.

¹) Cf. vol. IV/2 nostrae editionis, pag. IX adn. 3.

²) Cf. vol. III nostrae editionis, pag. XII.

Manuscriptum totum ex sedecim duodenorum foliorum fasciculis constat (fol. 1–12. 13–24. 25–36 etc.). Custodes excepto primo in omnibus fasciculis conspicantur.

Fol. 10vb ad dimidiā partem verbis completum est (finis tabulae in librum II Collectorii), fol. 12vb vacat (finis tabulae alphabeticae). Ante textum ipsum (fol. 13) restat folii cuiusdam excissi particula; fol. 168 excisum est (v. supra). Folia vacua non reperiuntur. Qui volumen glutinavit, membranaceo receptaculo usus est.

Quo tempore confectum sit, manuscripto ipso non indicatur. Sed ex variis lectionibus concludi potest ipsum post confectionem primae partis manuscripti G textum libri II continentis (anno 1488³⁾) et ante ultimam elaborationem textus, ex qua editio princeps (T) pendet, scriptum esse.

A quo autem ms. 943/914 scriptum sit, ignoramus.

Quia in nostra editione folia manuscriptorum editionumque impressorum non indicantur, subiciatur hic index, quo demonstretur, ubi distinctiones quæstionesque libri II singulae incipiunt in manuscriptis G et Tr.

dist. vel quaestio	G fol.	Tr fol.	dist. vel quaestio	G fol.	Tr fol.
d.1 q.1	1ra	13ra	d.15	70vb	89ra
q.2	3va	15vb	d.16	73ra	91ra
q.3	6va	18vb	d.17 q.1	79va	96vb
q.4	10vb	23va	q.2	82ra	99rb
q.5	12ra	25ra	d.18	83rb	100va
q.6	16ra	29vb	d.19	85ra	102ra
d.2 q.1	16vb	31ra	d.20	86va	103vb
q.2	20ra	34va	d.21	88va	105vb
q.3	21va	36va	d.22 q.1	90rb	107va
d.3 q.1	22va	37va	q.2	92ra	109rb
q.2	23rb	38rb	d.23	94vb	111vb
d.4	32va	49ra	d.24	96rb	113va
d.5	35ra	51vb	d.25	98ra	115rb
d.6	36vb	54ra	d.26	101rb	118va
d.7	40rb	58rb	d.27	103rb	120vb
d.8 q.1	43va	61va	d.28	107ra	125rb
q.2	46ra	64rb	d.29	111ra	129rb
d.9 q.1	49va	68ra	d.30 q.1	112vb	131rb
q.2	52vb	71va	q.2	114rb	133ra
d.10	57ra	76ra	d.31	117va	136rb
d.11	58rb	77rb	d.32	118ra	136vb
d.12 q.1	61rb	80rb	d.33	118va	137vb
q.2	63va	82rb	d.34	121rb	140vb
d.13	65va	84rb	d.35	123rb	143ra
d.14	67rb	86ra	d.36	126rb	146ra

³⁾ Cf. ib., pag. XIII.

dist. vel quaestio	G fol.	.	Tr fol.	dist. vel quaestio	G fol.	Tr fol.
d.37	128va		148va	d.42	142vb	163ra
d.38	132va		152va	d.43	144vb	165ra
d.39	133vb		153vb	d.44	146rb	166vb
d.40	136va		156vb	finis	147va	167vb
d.41	137vb		158ra			

2. Manuscripta G et Tr textum libri II continentia quomodo cum editione principe T et inter se cohaereant

Quod antea demonstravimus in editione nostra⁴⁾, quantum textus libri III continentur manuscripto G et quid conferat manuscriptum ad textum constituendum, hoc in omnibus fere et de libro II docere possumus. Quamquam addenda quaedam sunt de libri II traditione.

a) *Textus manuscriptorum G et Tr cum T comparatur*

Desunt in G et Tr omnes illi 193 loci citati, qui inveniuntur in editione principe, quos non ante confecta manuscripta acceditesse constat⁵⁾. Interdum autem indicia talia et in G et in Tr in margine addita sunt⁶⁾. Qua ex re cognosci licet iam antea talia adiuncta esse. Postquam G et Tr confecta fuerunt, T autem nondum publicatum, crebrescebant additamenta illa.

Praeterea et in G et in Tr 193 loci desunt ad rem ipsam spectantes (quorum locorum eos tantum numeravimus, qui non minus trium verborum sunt spatio). Septem in locis propter homoeoteleuton et in G et in Tr exciderunt quaedam⁷⁾, quater ea quae defuerant, in margine manuscripti Tr suppleta sunt.

At contra paucis tantum locis textus manuscriptorum G et Tr verba continet, quae desunt in T: nonies locorum sunt indicia⁸⁾, tredecies exciderunt quaedam in TBL propter homoeoteleuton⁹⁾ neque plus quam undecies re vera adduntur quaedam in G et Tr¹⁰⁾ (et hic scilicet nisi plus sunt quam duo verba, non numeravimus). Ergo ut intelleximus et in libro III¹¹⁾, in hoc quoque libro II manuscripta nondum textum illum plenum praebent, qui postea est traditus manuscripto T.

⁴⁾ Cf. ib., pag. XIV–XVI.

⁵⁾ E.g. primae distinctionis libri II hi enumerentur loci: d.1 q.1 G 55; I 21s; q.2 A 3.13; B 11; I 44; L 4.15–18; q.3 A 3; F 10; q.4 A 8.21; q.5 introd. lin.4; q.6 D 34.

⁶⁾ E.g. d.1 q.2 A 8s; D 39.64.69.

⁷⁾ d.1 q.1 I 49s; d.6 I 30–32; M 16s (add. Tr in marg.); d.9 q.1 A 15 (add. Tr in marg.); M 4 (add. Tr in marg.); d. 20 H 30s (add. Tr in marg.); d.41 F 3s.

⁸⁾ Cf. e.g. d.1 q.2 C 11; d.8 q.2 E 44; d.9 q.2 F 22.

⁹⁾ Cf. e.g. d.1 q.2 B 7.25s.28–30; d.3 q.2 E 58s; L 46s.

¹⁰⁾ d.1 q.2 H 6; q.3 B 11.24; d.3 q.2 O 16s; CC 1; d.6 C 10; P 4; d.22 q.2 A 7; d.31 A 59; d.37 B 35; d.43 G 3s.

¹¹⁾ Cf. vol. III nostrae editionis, pag. XV initio.

b) **Manuscriptorum G et Tr lectiones quomodo cohaereant**

Manuscripta G et Tr textus libri II paulatim elaborandi et expoliandi eundem fere repreaesentant statum, Tr autem editioni principi paulo magis est affinis quam G.

Etenim Tr omnino habet additamenta 21 non minus quam trium verborum, quae omnia fere (20) in T recepta sunt¹²⁾, G autem 11 eiusdem generis, quae omnia et in editione principe reperiuntur¹³⁾. Similiter et in locorum indiciis: G 14 indicia praebet quidem, quae desunt in Tr, sed marginalia ex his sunt 12¹⁴⁾, et duo tantum reperiuntur et in T¹⁵⁾. Tr autem 14 indicis superat G, quorum 9 in margine suppleta sunt¹⁶⁾; quinque autem reliqua et in editione principe reperiuntur¹⁷⁾.

Reliquae differentiae manuscriptorum G et Tr in marginalibus tantum sunt et glossis et aliis superadditis (106 omnino apud G et 15 apud Tr), quae nihil effecerunt in T. Quae plerumque in apparatum criticum non recepimus, quia textus genuini omnino non esse videntur¹⁸⁾.

3. Quantum valeant G et Tr ad textum constituendum

Affirmare possumus manuscripta permulta et maxime utilia conferre ad textum constituendum. Errata enim compluria legentis vel corruptelae textus, quae occurunt in impressis TBL, corrigi non possunt nisi conferendis manuscriptis¹⁹⁾; deinde correcturas recte factas probant, quae sunt factae vel in B et L vel in L solo²⁰⁾. Quin etiam his aliquot locis usui sunt manuscripta G et Tr, quibus locos quosdam a Gabriele Biel citatos confirmant, cum impressa aperte errata vel talia praebeant, quae vix intelligantur²¹⁾. Neque tamen id cum accidit, continuo manuscriptorum lectiones

¹²⁾ d.1 q.2 D 8 (om. T); M 30; q.5 M 37s; d.2 q.1 B 16; I 1; L 27; d.6 I 38 (Tr supra rasuram et alia manu in marg.). 43s (add. G in marg.); d.9 q.1 G 6 (add. G in marg.); d.12 q.2 C 33–35 (add. G in marg.); H 8–11 (add. G in marg.); d.18 B 2; d.20 D 27–29 (add. G in marg.); I 7; d.27 Q 9s (add. G in marg.); d. 28 D 19; d.32 D 24–44 (add. G in marg.); d. 39 B 4–7 (add. G in marg.); D 60s; d.40 B 21; d.42 F 15.

¹³⁾ d.1 q.2 D 6s; q.3 C 37s; F 1–7; H 14s; q.4 A 17; q. 6 A 9s (add. Tr in marg.); d.2 q.1 H 20–22 (add. Tr in marg.); d. 11 C 7 (add. Tr in marg.); d.20 I 6; d.28 C 43; d.30 q.1 E 2.

¹⁴⁾ d.1 q.1 B 3.14.21; q.2 D 64.69; d.2 q.3 B 14–16; d.3 q.2 X 23; d.6 L 21; d.8 q.2 D 32; d.9 q.2 B 2; d.13 D 3; d.15 A 46.

¹⁵⁾ d.16 O 21; d.28 C 85.

¹⁶⁾ d.3 q.1 C 1s; q. 2 H 41; d.16 M 60s; d.19 E 26s; d.22 q. 2 F 9; d.25 E 17; d.36 I 8s; d.39 C 1; D 45s.

¹⁷⁾ d.3 q.1 D 27 (add. G in marg.); d.8 q.1 M 14 (G reservat spatium); d. 12 q.2 H 8–11 (add. G in marg.); d. 24 A 12; d.31 A 22 (GTr* reservant spatium).

¹⁸⁾ Rarissime facta exceptione glossas manuscripti G in apparatum criticum recepimus, e.g. d.9 q.2 C 22; O 17; d.30 q.1 G 23.

¹⁹⁾ Cf. e.g. d.1 q.2 L 15s; q.3 A 19; d.3 q.1 D 1.6; q.2 HH 21; d.16 C 47; D 5; E 24.32; K 14; R 12.25.35; U 15; d.22 q.1 D 10.

²⁰⁾ Cf. e.g. d.9 q.1 K 24; q.2 F 15; d.16 B 33; d.22 q.1 C 41; E 12; F 16; q.2 B 15; I 23; K 16; M 1; N 5.

²¹⁾ Cf. e.g. d.24 D 20; d.25 F 16s.20; d. 29 D 6; F 23; d.30 q. 1 C 9; d.34 D 30; d.35 D 24; d.36 A 9.

praetulimus. Immo vero, ubi impressa in locis illis citatis paulo quidem credibilia praebent, rationem edendi nostram sequentes textum impressi T retinuimus.

Haec igitur constituimus: Manuscriptorum G et Tr lectiones communes non semper, at certe plerumque recepimus²²⁾. Ubi vero lectio quaedam vel in G solo vel in Tr solo praebetur, textum editionis principis (T) semper paene retinuimus perpaucisque tantum locis ab eo recessimus.

II. LIBER II QUANDO COMPOSITUS SIT

Libri II elaborandi componendique Gabrielem Biel anno 1486 exeunte initium fecisse credimus. Adnotat enim loco cuidam in priore eius libri parte (dist.2 q.1 M 27s): »Duratio angelorum usque in hodiernum diem, die 21. octobris anni gratiae 1486, est 6600 annorum....« Confectum autem fuisse librum hunc anno 1488 ineunte ex hoc apparet, quod in G notatum est textum libri II die 25. Martis anni 1488 fuisse descriptum²³⁾. Quae arbitremur de ceteris Gabrielis Biel scribendi et componendi studiis, dum vel mortem ipse obiit vel T imprimi potuit, antea demonstravimus²⁴⁾.

Labor huius voluminis edendi ita dispositus est: Textum imprimendum instituerunt Udo Hofmann (dist. 1–21) et Wilfridus Werbeck (dist. 22–44). Fundamenta illa, quibus niteremur in apparatus I et II componendis, Volker Sievers contribuit; correcti suppletique et aucti sunt apparatus ab utroque editore ad suam utriusque partem.

²²⁾ In 4 distinctionibus, quae sunt ampliore ambitu, hae sunt numerorum rationes: In dist.16 secuti sumus lectiones manuscriptorum GTr quinquagies nonies, ubi septuagies octies decernendum erat, in dist.22 tricies bis, ubi quadragies nonies, in dist.28 quadragies ter, ubi sexages semel, in dist.41 denique quadragies, ubi sexagies sexies.

²³⁾ Cf. vol. III nostrae editionis, pag. XIII.

²⁴⁾ Cf. ib., pag. XVI.

SIGLA EDITIONUM ET CODICUM MANUSCRIPTORUM,
QUAE IN APPARATU I ADHIBUIMUS

- B Basileae 1508 (v. vol. I pag. XVIIIs)
F Editio Caroli Feckes (v. vol. I pag. XXVs)
G Gissae, bibliotheca academica (Gießen UB), ms. 734 (v. vol. III pag. XIss)
L Lugduni 1514 (v. vol. I pag. XIXs)
T Tubingae 1501 (v. vol. I pag. XVss)
Tr Treveri, bibliotheca publica (Stadtbibliothek Trier), ms. 943/914 4° (v. supra pag. XIIs)
- * post siglum codicis manuscripti significat primam manum, quae per secundam delecta vel emendata est

IN SECUNDUM LIBRUM

SENTENTIARUM

⟨PRAEFATIO⟩

Abbreviaturus dogmata clarissimi doctoris *Guilelmi Occam* circa tres ultimos Sententiarum libros conabor divino aspirante ductu circa singulas distinctiones scholasticas movere quaestiones, et ubi praefatus *Doctor* scribit, suam sententiam simul et verba abbreviare, ubi vero non scribit, aliorum doctorum sententias a dicti *Doctoris* principiis non deviantes quantum potero comportare, nonnumquam quaedam recipiaturus, quae conformiter suis principiis dici possunt, licet *Doctor* ipse oppositum sensisse videatur. In his omnibus theologicae protestationi per me frequentius repetitiae inhaerens me semper, haec quoque collecta et quaecumque sive docturus sum sive dicturus fuero, emendationi sanctae Romanae ecclesiae et cuilibet orthodoxo ac
pio subiicio correctori.

10

⟨CONSPECTUS MATERIAE LIBRI SECUNDI⟩

In hoc libro *Magister* post tractatum de Deo secundum rationem naturalis perfectionis libro primo expeditum agit de Deo, inquantum relucet eius potentia in opere creationis, praemittens quasi prooemialiter de creatione rerum in genere, ut ordinem statuat dicendorum, secundo in distinctionibus sequentibus idem prosequitur in particulari et in specie.

15

3	et (1) <i>om.</i> GTr
8	sum <i>om.</i> GTr
12	naturalis <i>om.</i> G
14	rerum <i>om.</i> BL

15	distinctionibus sequentibus] distinctione sequenti TBL
16	<i>et om.</i> L

DISTINCTIO PRIMA

(*Summarium Textus*)

Tria ergo in praesenti distinctione principaliter tractat: Primo emanationem creaturae a Deo tamquam a principio efficiente per ipsius creationem, secundo de emanatione eius a Deo tamquam a principio finali per eius in Deum reductionem, tertio, ut ordinem tractandorum in hoc libro instituat, rationalis creaturae, quae immediate in 5 Deum reducitur, interset distinctionem.

Secundum haec de tribus quaerendum erit: Primo de Deo in quantum est causa efficiens creaturae, secundo de eo prout est causa finalis, tertio de distinctione creaturae angelicae et humanae.

Circa primum ostendit *Magister* Deum omnium visibilium et invisibilium esse 10 creatorem et principium causale effectivum.

Circa quam partem distinctionis primo *Auctor* quaerit de quidditate creationis tam activae quam passivae.

QUAESTIO PRIMA

A »*Utrum creatio actio, qua Deus denominatur formaliter creans, differat a creatore ex natura rei*«

Addamus et secundam eius quaestionem:

»*Utrum creatio passio distinguitur a creatura*«

5 Quaestiones illae eodem pede currunt, et solutio unius aperit solutionem alterius. Dimissis rationibus pro et contra, praemittentur quaedam suppositiones, deinde subiungentur conclusiones, tertio quaedam dubia movebuntur.

[*Articulus 1*]

[Notabile 1]

10 Quoad primum suppono quod haec nomina 'creatio actio' et 'creatio passio' abstracta sunt horum concretorum: 'creans', 'creatus', absolvendo a tempore, quae relationem sive respectum important, sicut 'agens' – 'patiens', 'producens' – 'productum'. Sunt enim termini praedicamenti actionis et passionis, qui important respectum extrinsecum ad sensum infra exprimendum.

11 Auctor] add. GTr: noster

A 1 Utrum] G *anteponit*: Primo
4 distinguuntur] distinguatur G
6 pro] add. G *supra lineam*: ut

9/10 Cf. Lomb. II d.1 c.1 (c.1 n.1; MPL 192,651).

A 1/2 Occ. II q.1 A (V, 3,2s).
4 Occ. II q.2 A (V, 27,2).
14 V. infra D 3–13.

[Notabile 2]

Secundo suppono ex dictis I dist. 30, quod de relationibus sive respectibus, an sint B res quaedam distinctae a rebus absolutis, tres sunt opiniones famosae.

Una est quod relatio est quoddam accidens respectivum, sive in anima sive extra, distinctum ab omnibus absolutis, requirens ad suum esse non solum subiectum quasi fundamentum, sed etiam terminum, sine quo simpliciter esse non potest, neque per potentiam divinam. Propter hoc dicitur ens non ad se, sed ens ad aliud, cuius esse non solum est esse aut inesse, sed esse ad aliud et ad aliud quodammodo se habere. Et sicut non potest esse, ita nec intelligi sine fundamento et termino. Et per hoc distinguitur ab omni re absoluta, sive in anima sive extra. Exemplum: Ut paternitas, quae secundum *illos* est res quaedam inhaerens patri, requirens ad suum esse filium, quo non existente, impossibile est paternitatem esse; sic de filiatione, inhaesione etc. Et ab illis respectibus sive entitatibus respectivis subiecta, quibus inhaerent, denominantur denominatione respectiva, ut 'pater', 'similis', 'inhaerens' etc.

Alia est opinio huic contraria, tenens quod nulla talis entitas est ponenda, sed omne existens, sive substantia sive accidentis, est quaedam entitas absoluta in se, quae intelligi potest omni alio circumscripto et per consequens per conceptum absolutum significari, quodque termini respectivi non significant formaliter tales parvas res relativas, sed significant plures res absolutas certo modo adinvicem consideratas; ut 'pater' vel 'paternitas' significat patrem et filium a se genitum, quae sunt duae substantiae, et nullam aliam rem patri aut filio inhaerentem.

Tertia opinio est quasi media, quae ponit quod quidam respectus extrinseci distinguuntur ab omnibus absolutis eo modo, quo prima opinio ponit respectus distinguui, nullum autem respectum intrinsecum sive de praedicamento relationis aut extrinsecum aliorum sex praedicamentorum ponit sic distinguui ab absolutis. Exemplum primi: Ut unio naturae assumptae ad Verbum, inhaesio formae substantialis

B 2	sunt <i>om.</i> G	14	opinio] add. G <i>in marg.</i> : Hen[rici] de Gan[davo].
3	Una] add. G <i>in marg.</i> : Sco[ti]. Tho-[mae].	21	opinio] add. G <i>in marg.</i> : Occam
6	ens (2) <i>om.</i> GTr	23	sive] add. Tr: sit
7	ad (1) <i>om.</i> G ad (2) <i>om.</i> Tr	23/24	aut ... praedicamentorum <i>om.</i> Tr;
11	esse <i>om.</i> G filiatione] similitudine GTr	24	<i>add.</i> G <i>in marg.</i>
12	entitatibus] entibus BL		ponit] ponunt GTr

B 1	Cf. Biel I d.30 q.1 A 11–18 (ubi duae opiniones referuntur); Occ. I d.30 q.1 C. N; q.3 B. C; II q.1 B. C. D. E (IV, 283,14–19; 306,13 – 310,13; 336,2–4; 340,13 – 347,2; V, 4,15 – 10,18).	14	Est opinio Henrici Gandavensis; v. Scot. II d.1 q.4 n.192–199 (VII, 96–101). Cf. Henr. Gandav., Quodl. IX q.3 (II, fol. 348r O – 349v X); V q.6 (I, fol. 162r P – 163r V); q.2 (fol. 163v A – 164r C); VII q.1 ad 2 (I, 257r A – 259r C).
3	Biel refert hic opinionem Thomae et Scoti; cf. Thom., S.Th. I q.28 a.2 crp.; Sent. I d.33 q.1 a.1 crp. De opinione Scoti vide Biel I d.30 q.1 A 13–16 et Scot. II d.1 q.4–5 n.260.272–275 (Vat. VII, 128.135s).	21/28	Hic refertur opinio Occam; cf. Occ. I d.30 q.4 C/D; II q.1 H (IV, 367,10 – 369,6; V, 14,14 – 16,20).

vel accidentalis in materia. Exemplum secundi: Paternitas, dupleitas, similitudo, aequalitas. Horum terminorum significata formalia non sunt res distinctae ab absolu-tis, sicut dicit secunda opinio.

Ratio movens sic opinantes est: »Quia impossibile est quod extrema alicuius con-
30 tradictionis successive verificantur de aliquo nisi propter mutationem alicuius positi-vi« »in eo, de quo contradictoria verificantur, vel in alio.« Mutationem dico acquisiti-vam vel deperditivam alicuius rei positivae vel mutationem localem aut temporis, »si nullus modus grammaticalis vel logicalis impedit.« Si ergo in huiusmodi verificatio-ne successiva contradictiorum de aliquo nulla fit mutatio acquisitiva vel deperditivi-
35 va rei absolutae, neque motus localis alicuius aut temporis transitus est in causa, non variatis modis logicalibus vel grammaticalibus, necesse est quod res aliqua relati-va acquiratur vel deperdatur. Quem respectum formaliter importabit alterum ex-tremum contradictionis.

Huic opinioni favere videtur *Occam* in II q.1 et 2 et in I dist. 30 q.4, ubi materia
40 ista et opiniones istae latius tractantur cum suis motivis, licet det vias et modos sol-vendi omnes rationes contra opinionem secundam negantem omnes respectus distinc-tos ab absolutis in creaturis.

[Notabile 3]

C Tertio suppono ex dictis I dist. 30 q.1 quod, tenendo opinionem secundam vel ter-tiam de respectibus, duplex vel triplex est modus loquendi de significato abstrac-torum relativorum, ut 'relatio', 'paternitas', 'similitudo'.

Unde dicunt *quidam*, ut *Occam* tangit I dist. 30 in pluribus locis et clarius dist. 31
5 q.1, quod ly 'relatio' et cetera abstracta relativorum important conceptum mentis re-lativum, quo intellectus cognoscit rem in ordine ad aliam, ut 'similitudo' est concep-tus mentis correspondens ad hanc vocem 'similis', quo intellectus refert Socratem album ad Platonem album, id est quo cognoscit Socratem et Platonem habere colo-rem eiusdem speciei; quod est cognoscere relative et unum ad alterum referre. Et
10 licet Socrates et Plato sint realiter similes, circumscripto quocumque actu intellec-

27	aequalitas] qualitas G	39	Occam] Auctor noster G in II]
31	contradictoria] contradictorie G; contradictio TBL verificantur] verificatur TBL	40	praesenti distinctione G
37	deperdatur] deportatur G	C 2	istae om. GTr
38	contradictionis] contradictionem TB; contradictionum L	4	vel triplex om. GTr
		5	Occam] Auctor GTr
		7	cetera] alia Tr
			similis] simile GTr
29/33	Occ. II q.1 H; cf. Occ. I d.30 q.4 E (V, 14,21 – 15,3; IV, 369,7–9).	C 1	Cf. Biel I d.30 q.1 D 4–19. V. supra B 14ss.21ss.
39	Cf. Occ. II q.1 D. H. N (V, 9,7–22; 14,12 – 17,15; 23,17 – 25,2). Cf. Occ. I d.30 q.4 C/D (IV, 367,10 – 369,6).	1/2 4/5	Cf. Occ. I d. 30 q.1 D. N. O; q.3 I/K; q.5 D. F. G. H; d.31 q.un. B. D (IV, 287,15 – 288,24; 309,15 – 310,13; 310,16 – 312,16; 353,17 – 355,26;
39/42	Cf. Occ. I d.30 q.4 F/G (IV, 370,14 – 372,4); II q.1 G/O (V, 11–26).		380,8 – 381,18; 382,2 – 386,20; 396, 13–22; 397,18–21).

tus, per hoc solum, quod habent in se qualitates eiusdem speciei, tamen non possunt referri ad invicem nisi per actum intellectus. Referre enim unum ad alterum est actus intellectus et nihil aliud quam cognoscere rem unam et aliam convenientes vel differentes in aliquo. Actus itaque intellectus relativus est realiter ipsa relatio. Et secundum hoc omnia abstracta praedicamenti relationis sunt termini secundae intentionis.

Aliter dicunt *alii*, quod abstracta relativorum important extrema relationis, id est res ad invicem relatas, et fundamentum, si distinguitur a termino a quo, et pro illis coniunctim supponit et pro nullo horum seorsum. Ut 'similitudo' supponit pro duobus similibus et qualitate, secundum quam dicuntur similes, 'paternitas' pro patre et filio ab eo genito, illo modo, quo pluralis numerus aut nomen collectivum vel pronomen demonstrativum demonstrans plura coniunctim supponit pro pluribus et nullo seorsum. Et sicut dum quaeritur: »Quid est populus?«, recte respondetur: »Est multi homines«, ita in proposito dicitur quod similitudo, qua Socrates albus est similis Platoni albo, est duo homines, Socrates et Plato, et duae albedines eorum corporibus inhaerentes, quia illis existentibus, omnibus aliis circumscriptis, Socrates est similis Platoni. Sic ordo universi est partes universi ordinatae, approximatio causarum cauae non impeditae, unio partium continui partes, inter quas nihil mediat, et dualitas est res duae, dupleitas duo numeri, quorum unus continet alterum bis; et sic de aliis.

Et ille secundus modus videtur probabilior primo. Nam cum abstractum significat illud, quo aliquid formaliter denominatur denominatione sua concreta, patet quod abstracta relativorum res extra significantium non important conceptum mentis. Nam per conceptum mentis non convenit denominatio relativis rebus extra. Non enim dicitur Socrates similis Platoni propter conceptum mentis, sed propter qualitates eiusdem speciei eis inhaerentes, licet Socrates referatur ad Platonem per actum intellectus, ut dictum est. Sic enim salvatur quod 'relatio' et 'ad aliquid' sunt termini primae intentionis et genus generalissimum relativorum primae intentionis sicut et sua concreta, quamvis dici potest quod ly 'ad aliquid' est concretum significatione et 'relatio' eius abstractum. Possunt tamen ly 'ad aliquid' et 'relatio' etiam accipi pro terminis secundae intentionis, sicut et 'substantia', 'qualitas', 'quantitas', pro terminis praedicamenti ad aliquid, sed sic non sunt genus generalissimum.

12/13 Referre] Referri G | Referre . . . intellectus *om.* Tr (*homoiotel.*)
14 est] add. T: ipsa
15/16 intentionis] impositionis G
20 qualitate] composite TBL
23 dum] tunc GTr

26 quia *om.* Tr
28 continui] continue (*sive continuae*) G
30 primo *om.* GTr
37 primae (1)] primi G
38 et *om.* Tr

23/24 Cf. Occ. I d.30 q.3 K (IV, 355,13–26).
27 Cf. Occ. I d.30 q.1 S (IV, 317,5–26).
27/28 Cf. Occ. ib. U (IV, 318,10–16).
28 Cf. Occ. ib. T (IV, 318,1–9).
33/36 Cf. Occ. I d.30 q.1 R (IV, 315,21 – 317,4).

36 V. supra lin.7–9.
36/41 Ad hoc cf. Occ., Quodl. VI q.22 (IX, 666–669).
37.40 De intentione prima et secunda v. Occ., Summa logicae I c. 12 (I, 41–44).

- Posset etiam tertio dici quod abstracta relativa supponunt pro uno extremo, puta termino a quo, et connotant reliquum cum fundamento, si distinguitur a termino a quo; ut ‘paternitas’ supponit pro patre, connotando filium a se genitum, ‘similitudo’ in Socratis ad Platonem’ supponit pro Socrate et connotat Platonem et duas qualitates in Socrate et Platone eiusdem speciei.
- ⁴⁵ Socratis ad Platonem’ supponit pro Socrate et connotat Platonem et duas qualitates in Socrate et Platone eiusdem speciei.

Et per hoc patet, quid respondendum est ad quaestionem de abstractis relativorum, per quid est vel in quo est et similes. Et secundum hoc videtur concedendum quod abstracta et concreta relativa sunt synonyma sicut abstracta et concreta substantiae et quantitatis.

[*Notabile 4*]

- D Quarto supponenda est differentia inter relationem intrinsecam et relationem extrinsecam, item inter relationem realem et rationis.

(1.) Nam relatio intrinseca est, quae semel posita semper manet, manentibus extremitatibus et fundamento; ut diversitas, similitudo. – Dicitur notanter »semel posita« propter paternitatem, quae est relatio intrinseca, quia, licet Socrates genuit Platonem, tamen posset Deus Platonem creare, et tunc essent extrema, scilicet Socrates et Plato, et non paternitas. Tamen posita semel paternitate per actum generationis filii, manentibus genito et genitore, manet paternitas.

Quod sic intelligendum est secundum *Occam*: Relatio intrinseca est relativa, quae postquam semel supposuerunt pro certis absolutis, illis manentibus, simul et re absoluta (id est fundamento), si quam connotant, semper supponunt pro eis.

Per oppositum dicitur de relatione extrinseca, ut unio, inhaesio et relationes sex praedicamentorum.

(2.) De secunda differentia, inter relationem scilicet realem et rationis, tractat Auctor I dist. 30 q.5.

Et quantum nunc sufficit, relatio realis uno modo dicitur respectus, qui est vera res distincta ab absolutis, et illo modo non capitur hic secundum opinionem secundam supra de relativis recitatam. – Alio modo relatio realis est relatio, quae praedicatur de absolutis, circumscripto quocumque actu intellectus, hoc est relatio praedi-

	46	et Platone <i>om.</i> G		11	id est fundamento <i>om.</i> GTr
	50	et <i>om.</i> G		12	dicitur] dicatur GTr extrinseca] intrinseca BL relationes] relationibus GTr
D 1	relationem (1) <i>om.</i> GTr			14	scilicet <i>om.</i> Tr et] add. G: relationem
2	inter <i>om.</i> Tr et] add. GTr: relationem			16	qui] quae G
3	est <i>om.</i> G quae] qua TBL semel] add. G: est			17	non <i>om.</i> Tr
5	genuit] genuerit GTr			17/18	secundam <i>om.</i> GTr
9	Occam] opinionem Auctoris GTr				
10/11	absoluta ... connotant] absoluta, si quam, id est fundamento, connotant TBL				

- D 9/12 Cf. Occ. II q.2 Q (V, 48,14–22).
 14/15 Cf. Occ. I d.30 q.5 H (IV, 385,16 – 386,20).

17/18 V. supra B 14–20.

cabilis de absolutis, quae sunt talia, qualia significantur esse per relationem, circumscripto quocumque opere intellectus; ut similitudo, paternitas, distinctio, identitas etc. 20

Per oppositum de relatione rationis; ut subiectum, praedicatum, pretium. Nihil enim est subiectum vel praedicatum sine opere intellectus, ut est declaratum dist. 30 q. 5.

25

[Articulus 2]

(Conclusiones 1–6 de creatione actione)

Quantum ad secundum articulum est haec conclusio prima: Creatio actio, qua Deus denominatur formaliter creans, non est respectus realis in Deo creatore, accipiendo respectum realem primo modo. 〈E〉

Patet, quia in divinis non est aliqua realis relatio praeter relationes originis; sed nullam harum dicit ‘creatio’, quia nec paternitatem nec filiationem nec spirationem. 5

Item: ‘Creatio’ de novo et ex tempore dicitur de Deo; ergo non importat aliquid reale in Deo. – Consequentia probatur: Quia quidquid est reale in Deo, convenit Deo ab aeterno. Nam si aliquod reale de novo adveniret Deo, Deus esset mutabilis. – Antecedens patet per *Magistrum I* dist. 30 cap. 1. Et post: »Appellatio, qua creator relative dicitur ad creaturam, relativa quidem est, sed nullam notat relationem, quae sit in creatore.« 10

Secunda conclusio: Creatio actio non est neque dicit respectum rationis.

Probatur: Quia, quando aliquid denominatur ab aliquo aequaliter sive intellectus sit sive non sit, illud denominans non dicit formaliter relationem rationis. – Quod patet: Quia quod non habet esse nisi per aliud, non habet denominari nisi per aliud. Igitur per oppositum: Quod denominatur, sive aliud sit sive non sit, non habet esse denominatum per illud aliud. Sed Deus denominatur creans, sive intellectus noster sit sive non sit, immo etiam loquendo de quocumque intellectu per impossibile, quia, licet Deus non posset producere creaturam rationalem sine intellectu, absolute tamen, si per impossibile non esset intellectus, posset eam producere. – Item: Illa denominatio, quae oritur positis extremis, circumscripto intellectu, non est per operationem intellectus; sed posito Deo et lapide, circumscripto omni intellectu per impossibile, Deus dicitur creans. 15 20

E 20	relationem] relativa Tr	14	sit (2) <i>om.</i> Tr
E 4	relationes] relationem TrTBL	15	Quia <i>om.</i> Tr
9	cap. 1 <i>om.</i> TBL	16	Quod] Quam T; Quo BL
10	quidem] quidam T	19	creaturam <i>om.</i> Tr rationalem] rationabiliter GTr
11	sit] scit G	20	intellectus] intelligens GTr
13	Quia <i>om.</i> Tr		

24/25 Cf. Biel I d.30 q.5 A.

9 Cf. Lomb. I d.30 c.1 n.1 (c.1 n.263; MPL 192, 602).

E 3 V. supra D 16–18.

9/11 Lomb. ib. c.1 n.7 (c.2 n.264; MPL 192, 603).

Tertia conclusio: 'Creatio actio' dicit divinam essentiam et creaturam non potenter existere nisi posita divina essentia, et nihil aliud.

Patet prima pars, quia terminus dicit aut significat quidquid requiritur ad verificationem sive suppositionem sui de aliquo vel pro aliquo; sed ad hoc, quod 'creatio actio' supponat respectu verbi 'est', requiritur essentia divina et creatura sive res creata non potens esse sine Deo; ergo dicit seu significat essentiam divinam et creaturam.²⁸

Secunda pars patet, quia illis existentibus, omnibus aliis circumscriptis, est creatio; ergo praeter illa nihil aliud dicit. – Tenet consequentia, quia abstractum nihil dicit, quo circumscripto, nihilominus communicat alicui suam denominationem. – Antecedens patet, quia eo ipso quod Deus est et creatura (quae sine Deo esse non potest) est, creatio est, quia dicitur Deus creator et creatura creata.³⁰

Quarta conclusio: Creatio actio est relatio realis, secundo modo accipiendo relationem realem.

Patet, quia Deus ita vere et realiter dicitur creans, circumscripta operatione intellectus, sicut una albedo est ex natura rei similis alteri. Nec plus facit intellectus creatus ad hoc quod Deus sit creans quam ad hoc quod Socrates albus sit similis Platonii albo. Et hoc modo potest dici creatio relatio realis, quia importat veras res, quae non requirunt operationem intellectus, ut una dicatur creans, alia creata. De hoc I dist. 30 q.5.

Quinta conclusio: Tenendo secundum modum de significatione abstractorum relativorum in suppositione tertia recitatum, creatio actio, qua Deus formaliter dicitur creans, est realiter distincta a Deo et similiter a creatura creatione producta.⁴⁰

Patet, quia omne aggregatum realiter distinguitur a qualibet partium aggregati, sicut 'Socrates et Plato' nec est Socrates nec Plato; sed creatio actio est divina essentia et creatura producta copulatim, ut patet ex suppositione; ergo nec est divina essentia nec creatura, sed utrumque simul, et per consequens realiter distinguitur ab utroque.⁴⁵

Sexta conclusio: Tenendo tertium modum de significatione abstractivorum, activa creatio non distinguitur a Deo, sed est realiter Deus.

Probatur: Quia secundum illum modum loquendi creatio activa supponit pro creature et connotat creaturam non potentem esse sine Deo et ita est realiter Deus, sicut 'album' supponit pro subiecto et connotat albedinem et per consequens subiectum est album.⁵⁰

28 supponat] supponit T
32 nihil (2)] add. Tr: aliud
33 alicui] alteri GTr
34 est om. GTr
34/35 potest] add. Tr *rubro colore*: est
35 est (2) om. G | creatura] add. GTr:
dicitur
38 ita om. GTr

36/37 V. supra D 18–21.
43 Cf. Biel I d.30 q.5 D 7–10; F 6s.

38/39 intellectus] add. GTr: ita vere et realiter
40 quod (2)] quam T (*dittogr.*)
44/45 relativorum om. GTr
47 quia om. Tr | aggregati] add. GTr:
et
49 copulatim] compilatim G
52 tertium modum] tres modos G

44/45 V. supra C 17–29.
52 V. supra C 42–50.